

Dissertatio medica de causo seu febre ardente ... / exponit J.J.

Contributors

Jacobi, Johann
Friderici, Johann Arnold, 1637-1672

Publication/Creation

Jena : Krebs, 1661.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/j2xbwgkn>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

35.
37

Supremo Archiatrō adminicilante,
Gratiosissimō Asclepiadei ordinis Senatū permittente,

DISSERTATIONEM MEDICAM

de

CAUSO SEU FEBRE ARDENTE,

PRÆSIDE

VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

**DN. JOHANNE ARNOLDO
FRIDERICI PHIL. MAGISTRO,
MEDICINÆ LICENTIATO**

*Publicæ ac placidæ iatægynostōv dis-
quisitioni exponit*

JOANNES JACOBI BRUNOVICENSIS.

Ad diem 25. Septemb.

J E N Æ,
Stanno KREBSIANO,

ANNO M DC LXI.

Oct 18

Opium

2nd

D. O. M. A.

EBREM ARDENTEM, cuius naturam jam detegere, qualitates disquisitionis incudi imponere, virulentasque ac lethiferas infidias destruere intendimus, magno vel solō auditō nomine perfundere terrore, omnibus notum. Hæc enim est, quæ omnium microcosmicae machinæ membrorum actiones perturbat: hæc prænobilia ædificia ebore ac porphyreō politiora lapide, fœdâ ac cadaverosâ deturpat formâ. Hujus tantæ impudentia, tam horribilis truculentia, ut nec strukturæ humanæ monarcham intactum linquat, quin potius omnem vim in ejus dispendium convertat, inque ejus ruinam omnem virulentiam exspuat. Ut fumus incendium & ædificia crepantia lapsum præsagiunt; sic hujus præsentia regiæ aræs incendium, ac microcosmici ædificii minatur interitum.

Licet autem hujus febris nomen, ceu Hannibalis apud Græcos & Romanos, omnibus audientibus horrorem inducat, hujus insuper subitanearum affectionum cursum impedit tam difficile sit, quam equi alicujus Pegasei, dum

quadrupedante putrem sonitū quatit ungula campum,
concitatissimum cohibere cursum, accedemus nihilò minus,
& ad intimorem ejus in præsenti hâc dissertatiunculâ *Agri
omeūv*, infucatis precibus ac devotis suspiriis, omnipotentis
Architri imploratō auxiliō, accingemus.

CAPUT I

à verbali definitione incipit.

 *Uod Græci ναῦον, ardorem, æstum, à ἡγίῳ vel κάω, uro, cremo, cum in eodem incendi plena sint omnia, vocant, cum Hippocr. Aëtio, Paul. Ägin., Aretæo, Alex. Tralliano, universa medicorum schola Febrem ardentem vocat. Flammosam febrem dicere Cælio Aureliano libro 2. acut. 32. ob nimium caloris fervorem æstumve placuit. Nō simpliciter commode indigitatur per excellentiam.*

Impropriè ac generaliter omnis febris biliosa, continua sive fit, sive intermittens, ardens nuncupatur.

In specialiori ac magis propriâ significatione Causum dicimus esse eam febris speciem, quæ per vehementiorem totius corporis calorem, sitimque inextinguibilem, tanquam infallibiles characteres præ aliis dignoscitur. Hujus naturam ac genuinam indolem præviâ quasi face nobis monstrabit, proposita in sequente

CAPITE II,

realis definitio ac ejus formalis explicata ratio.

 *D*EFINITUR CAUSUS propriè dictus seu febris ardens: *caliditas cordis totiusque corporis præternaturalis, continua, exurens, non remittens, nec declinans, ex purpure bilis vel pituitæ falsæ oborta, siti immensa ac continua molesta.*

Quò melius affectui accommodetur posita hæc definitio, accuratiùs examinandum hujus

GENUS. Hoc caliditatem cordis & totius corporis præternaturalem, seu calidam intemperiem constituimus, quæ intemperies uti generaliter omnis febris, ita specialiter hujus explanat essentiam.

to Geg-

τὸν θερμὸν τῷ φύσιν designare febris essentiam, autoritate suā stabilivit summus dictator, dum pluribus in locis febrim per τὴν πῦρ explicavit. Confirmatur ejus autoritas à Pergameno. ή γάρ inquit 6. epidem. com. i. t. 29. τῶν πυρετῶν δὲ καθ' ἡ τοκετίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινών πάντων σύνθρωπων ἔννοιαν, ή τῷ φύσιν θερμασίᾳ, essentia febris non Hippocratis solum, sed & communī omnium hominum sententiā, est præter naturam caliditas. Cum his facit Trallian. l. 12. cap. 1. ή γάρ τοι πυρετός καὶ ὑπαρξίας καὶ ή φύσις γδὲν ἀλλοῦ εἶν, εἰ μὲν θερμασίᾳ τῆς τῷ φύσιν τῆς καρδίας καὶ τῶν δημητῶν. Essentia febris, existentia & natura ejus nihil aliud est, quam caliditas cordis & arteriarum præter naturam.

Essentialiter febri inest hæc intemperies, nullâ siquidem planiori alia ratione de febrili affectū judicamus, quam si calorem intensiorem cum pulsū ac respiratione intemperatis, siti ac vigiliis nimis, adesse cognoscamus.

Siccitatem, quam in calidâ hâc intemperie observamus, de essentiâ febris non esse, multi defendunt, negant multi. Vallesius lib. 5. controv. 18. Christoph. à Vega lib. 1. de diff febr. cap. 3. Sennertus lib. 1. de febribus, cap. 1. DEFENSORES strenui sunt Zacut. Lusit. l. 4. bistor. medic. princip. quæst. 5. Vir supra laudem positus, Præceptor ac Promotor meus devenerandus ROLFINCIUS ord. & meth. cognosc. & curandi febres capite 17. Comitari saltim siccitatem accidentaliter febrim concedunt, essentiam verò exprimere, non admittunt. Non pertinet hæc siccitas ad febris essentiam universaliter, ut propterea de omnibus febrium generibus, ac generum speciebus sit intelligenda, ad quarundam verò specierum essentiam melius declarandam ac dignoscendam facere, nullus fortean abnegabit Alias ad febrem pertinet, ut enucleatè ac nervosè prælaudatus Rolfincius exposuit, effectū magis, quam affectū, effectivè magis ac per concomitantiam, quam formaliter & per essentiam.

Nihil singularis ponderis in se habet sententia Paracelsi, cum ab accensō Οτρο & Φρε febrem oriri vult, & propterea febris essentiam, in accensâ hâc substantiâ, non verò

In calore constitutere conatur. Non afficit accensio per se; sed operatur calor cum illâ & ab illâ procreatus.

CAPUT III

subjectum considerat.

On sideratâ formalî febris ratione in calidâ intemperie consistente, de subjectô seu causâ materiali solliciti ut simus æquum est. Cum entitas accidentalis in se subsistere haud facile queat, sed subjectô recipiente ac sustentante opus habeat. Constituitur itaque *Febris*, quæ sub horum entium numerô insimul comprehenditur.

SUBJECTUM PRIMARIUM, τὸ κύριον τὸ ζώα καὶ τῆς φύσεως τὸ ζωπυροῦν ἡ καρδία, princeps animalis pars & naturæ ignis cor. Hoc uti in reliquis, ita & in hōc febrili affectū maximè patitur. Hoc cum male affectum est, omnes corporis partes, pabulum viresque iis subtrahendo, in consensum trahit, ad compassionem instigat, omnesque corporis actiones perturbando, totum microcosmicum regnum tristibus circumfundit diebus, atris circumdat noctibus.

τὸ πεῖπτον δεκάκον τὸ κῆρε εἶναι, cum Galeno i. de differ. febr. c. 3. Trallianus l. 12. c. 1. asserit. & γένεσις, inquit Galen. loco citatō. ἡ δότο τὸ ήλιος ἀνέγεια, ταύτης ἔχει περιγορείας καὶ αὐλίκα πυρετός ὅτι, εἰ μὴ συνειθερμάνη τὴν καρδίαν, sive enim exustio, sive solis operatio calorem in corpore excitet, præter naturam, nondum tamen febris est, nisi cor una calefiat. A corde ceu scaturigine, ad omnes partes promanat calor. Quis abneget itaque, in hōc primariam fieri caloris mutationem, primamque hujus, secundūm partes tam duras ac solidas, quam fluidas ac subtiliores, observari ad statum præternaturalem dispositionem.

SUBJECTUM SECUNDARIUM AC ADÆQUATUM, sunt omnes corporis partes, quæ calorem cordis præternaturalem per vasa cum sanguine & spiritibus allatum

tum ac effusum recipiunt ac fovent. Affecto siquidem corde
vitæ principiō, uti recte Galen. 5. de loc. affect. c. i. innuit, ne-
cessē est mox reliqua membra omnia consentire, omnesque
partes, ne munus suum expediant, impediri.

Vehiculō aliquō opus habet hic præternaturalis calor,
qui, ut reliqua accidentia, de subiecto in subiectum, propriā
suā virtute migrare nequit. *Sanguini* meritō hoc committi-
tur officium, spiritus, quos subtilissimam sanguinis statuimus
partem, insimul cooperari, extra dubitationis possum est
aleam. Cum hoc liquore conjunctum illud Ἱερονόν τῷ Φύ-
τῳ primō *sensim* in corde collectum, mox repente mittitur ad
partes, easque accedit.

Per vasa tām eduentia, quām reducentia fieri hunc flu-
xum, unusquisque colligere poterit.

Jacobi Scheckii sententia, quam l. de causa continente, ubi
febrium putridarum, & per consequens etiam hujus arden-
tis subiectum, non *cor*, sed *sanguinem* constituit, locum habere
nequit, si solidæ ac viventes cordis partes excludantur.

CAPUT IV

causas proponit.

Eositā causā cum ponatur effectus, nobis nunc quo-
que incumbit, de verā ac genuinā hujus affectus
causā sollicitos esse, quam cūm sustulerimus, ipsum
insimul effectum sublatum iri speramus.

IMMEDIATA CAUSA hujus febris est Calor à bile
excrementitiā, putredinem quæ acquisivit, sive pura sit, sive
mixta, pituitā itidem falsā, accensus ac æstuans.

MEDIATÆ PROXIMIORIS vicem hi humores ge-
runt. Ex BILE sincerā æquè ac mixta fieri à Galenō variis do-
cemur in locis. Ex adustā ac æruginosā quod fiat, docetur in
comment. 3. in l. 3. epidem. text. 25. ubi vomitionem æruginoso-
sam bilis ardentiū propriū asserit. Ex PITUITA
falsa quod fiat: Hipp. l. de morb. mulier. ostendit, cum febres

ardentes in biliosis frequenter fieri, in pituitosis tamen corporibus interdum quoque generari, statuit. Hujus generationem secundum varias sententias *Herc. Saxon. practic. medic. l. de febr. c. 34.* proposuit.

Ichorosam bilem qui pro materiâ venditant, ex eâque hanc progeniem produci autumant, pro stabiliendâ suâ sententiâ locum *Galen. l. 4. de rat. vici. acutor.* adducunt, ubi ex ichoribus Causum fieri confirmat. Cum his facit *Jacob. Sylvius l. de febr.* qui causam veri Causi in *ixōeg* seu saniem tenuem, acrem, biliosam, per æstatem à venis contractam, rejicit.

Minera putrefacti humoris generatur ac augetur in totô, omnibusque ejus vasis. Alii in vasis majoribus solùm focum talis materiæ statuunt.

Malignitati, ceu infallibili hujus febris comiti, immediatæ ac proximæ causæ vices adsignat *Stephan. Röder. à Castro libr. de origin. in febr.* Verùm sint in nobis semina talia heterogenea ac naturæ inimica, exalentur ea, vel ab aëre, vel usù ciborum, aut influxù astrorum, non tamen eapropter apta nata videntur, ad producendam talem intemperiem primariò ac immediate. Adjungit his ♀ & ♂, eaque libro *3. de meteor. microcosm. c. 13.* ut principia malignitatis effectiva adducit. Sit ita! analogâ comparatione admittuntur solùm: non quod actû in generando hoc infortunio omne punctum ferant.

MEDIATAS REMOTIORES usitatâ concinnâ methodo NATURALES, NONNATURALES AC PRÆTER-NATURALES statuimus.

In rerum NATURALIUM censù occurrit primò TEMPERIES JUSTITIAE, æquè totius ac singularum partium. Totius si deflectat ad caliditatem ac siccitatem nimiam, corpora ad recipiendas febres apta reddit atque disponit. ή ἐγιμοτάη μέρη δυσκεροσία, inquit *Galen. 8. m. m. c. 8.* εἰς πυρετὸς ή θερμὴν ηγήξεν. Oportunissima ad febres calida ac sicca intemperies. Partium certarum, ut cordis, ac hepatis præcipue, nimia caliditas multum auxilio, adjumenti multum tetræ huic adfert

pro-

progeniei. Ab hâc excedente caliditate ac siccitate vasorum non solum, sed etiam pororum cutis cietur constipatio ac obstructio, quæ ut putredinis causa à multis recensetur. Nimis latè hanc extendit *Zacut. Lusitan. l. 4. hist. medic. princip. quest. 11.* dum perpetuò ac in omnibus febribus ab hâc occlusione oriri vult. *Sennertus* cum frequentiorem, licet non solam reperiri hanc concedat, meliorem habet applausum. *Ætas* juvenilis plus ac citius à furibundô hōc offenditur hoste, quam senilis, hanc ut imbellem ac imbecillem spernit & ut plurimum intactam relinquit.

NON NATURALES ē RERUM SEX NON NATURALIUM vulgò dictarum depromuntur promptuariō. Concurrunt hæ omnes, quatenus bilem vel pituitam salsam copiosam gignunt, & ad putredinem disponunt. θερμοτέρας τὸς ὀχιέρχοντος ἡμᾶς αἴρεται κατασάστηκε, οἷας τοῖς κυωσὶ σπιτῶλιν δίνονται μάλιστα, Διὸς μὲν τῆς εἰσενόης ἀνύπους αὐτῶν θερμαινεται τὰς παρθένας. *Aëris constitutiones circa caniculam, per inspirationem corpora quam maximè calefaciunt.* ASTROKUM VI singulari hanc constitutionem adscribunt multi. *Æstate* febres ardentes ut plurimum fieri informamur à divinō sene 3. apbor. 21. τὸς δὲ θερμοῦ κνιστε τοτέων καὶ πυρετοὶ ξαεχέες, καὶ καῦσι καὶ τερπαῖοι τλεῖσι καὶ τελαγταῖοι. *Æstate* autem horum nonnullæ & febres assidue & ardentes & tertianæ plurimæ & quartanæ. HYEME obortam in juvene 30. annorum observavit Petr. Forest. l. 2. de febr. observ. 15. in scolio. MOTUS ac exercitium si mediocritatis transcendent limites ad tales disponunt febres. Immoderatum exercitium humores accedit, effervescentiam ac ebullitionem concitat. Immoderata quietes uti in omnibus, ita & hic noxia.

VIGILIAE nimiæ spiritus ac humores perturbant, ad iram ac furorem incitant, exsiccant desuper, adeoque hunc calidum morbum facile excitare queunt.

Tὰς ὁροφερέμενα quæ assumuntur sunt CIBUS ac POTUS. In horum usū τὸν ὄρδην Φύσιν καὶ ἔθοντα, quod præter naturam ac consuetudinem fit, observandum. Errores in substan-

stantiā, quantitate, qualitate, ordine ac tempore: nunquam saturanda ingluvies & satiata generosorum vinorum potatio, huc conferunt. Ab his immodica excitata fermentatio, massam sanguinis insigniter perturbat. Materia O^rtro Δ reca, ejus progenies, ad capeſſendum incendium apta, pabulum flagranti præbet sanguini. Hæc hospitem talem impudentem, non invitatum quamvis, provocant.

EXCRETORUM AC RETENTORUM habenda ratio.
Ut in laçubus stantes ac stagnantes aquæ, nî moveantur & educantur, putredinem concipiunt, sic sanguinis, mensium ac aliorum humorum suppressæ evacuationes per vias consuetas, varia progenerant incommoda. Impeditis hisce effluviis massa sanguinea mole aucta turgescit, novô veluti fermento imprægnata effervescit, ebullit, sicque ansam dat, ut Δ reum in sanguine accendatur, suasque hactenus absconditas ac sopitas diuāues $\kappa\gamma\alpha\mu\eta\tau\eta\zeta\varsigma$ causticas in apricum proferat & plenariis emittat flammis.

Contrarium defendere videtur Thomas de Willis, tr. de febr. c. 9. cum ex observatione crebrâ constare asserit, quod Vene ſectio crebriùs repetita ad febrem disponat, dum per crebram sanguinis missionem, Δ in massâ sanguineâ copiosius congeritur, interdum quoque Θ [quod alias Δ , frenare & ejus fervorem ſupprimere debeat] subducatur. Sanguis enim, quò veterior, eò ſalsior, quò recentior, eò Δ re opulentior. Sulphureō itaque ſuccō plus abundans, ad febrim magis eſt diſpoſitus.

V E N U S infatiabilis detestabilem ferociam h̄ic exferit. Perturbatio ſpirituum in hoc actū ingens, cum virium debilitatione ac corporis laſſitudine inclinationem ad hanc febrim auget,

A N I M I A F F E C T U U M mutatio multum valoris, ponderisque in ſe habet multum. I R A M effervescentiam contare ostendit Galen. l. de differ. febr. c. 2. Fit ab hâc sanguinis in corde fervor, commoventur ſpiritus, ad exteriora currunt vindictæ cupidi, ſi cum Δ reō ac biliōſō ſanguine conju-

gan-

gantur, sine insigni labore hoc malum producunt. TRISTIA, CURÆ, cogitationesque intensæ symbola quoque conferunt sua.

PRÆTER NATURALIS, inflammatio alicujus partis à Galeno de differ. febr. c.3. constitui potest.

CAPUT V

differentias demonstrat.

Quod gravius veteres, teste Galen. i. ὁ πρετων Αἰαθο-
ρεῖς c.1. in recensendis febrium errarunt differentiis,
quod accuratius de genuinâ earundem explicatione
cogitandum. Est autem

GENERIS ratione febris ardens, alia SIMPLEX, alia COMPOSITA.

Per vim ac magnitudinem caloris, ejusque noxam intensiorem ac remissiorem hæ ab invicem discernuntur. Si humoris biliosi minor copia ab una protrudatur sede, simplicem ardenter dicimus, si vero copia bilis suppeditetur major, in pluribus collecta locis, duplicatum Causum dicere possumus. Continuas febres, v. g. synochum cum Causo conjungi posse, innuere videtur Galen 4. aphor. 59. cum febres ardentes in venis una cum sanguine flavam bilem redundantem habere, docet.

Hæ febres compositæ, ratione præminentia humoris nunc συνοχοὶ καυσώδεις, nunc καύσοι συνεχεῖς dicuntur.

CONTINUAM præterea ac PERIODICAM constituunt alii. In illâ nullæ unquam observantur exacerbationes, hec licet non remittat, leves tamen singulis ferme diebus habet accessiones.

SUBJECTI RATIONE, à partibus generantibus, foventibus ac mittentibus differentia desumenda. Febrem ardente, cuius materia putredinem acquisivit in venis hepatis, ob evaporationem insignem, in hepatæ quæ fit, fumosam febrem appellare consuevit Aëtius, testabib. l. 2. serm. i. c.89. non

Multum alienus à Paracelsō, qui stomachales, renales, epaticas, cardiacas constituit febres.

Causas quoad, à sincerâ alia orta bile, alia à mixta adustâ cum flavâ, à pituitâ denique saltâ vel simplici, vel cum bile mixtâ alia producitur.

Ex horum humorum mistione, quæ exsurgit febris, Causus notbus à multis statuitur. Aliter sentire videtur Ludov. Mercat. l. 6. de febr. cap. de ardente, ubi Causum illegitimum ex tenuissimâ pituitâ, sine admixtione bilis fieri vult.

S Y M P T O M A T U M R A T I O N E *triplex* constituitur. Una Exquisita, ubi calor & sitis sunt intolerabiles, à bile sincerâ flavâ putrescente orta, hæcque Causus propriè dicenda. Altera Exquisita quoque appellatur, sed impropriè, cum in hac aliqualis, exigua quamvis, symptomatum observetur remissio: Notbus Causus tertia species est, ubi mitiora magis symptomata apparent.

Primaria alia est, Subsecutiva alia, quæ post partis alicujus inflammationem invadit. Primigenia primô insultu accedit. Recidiva ex prioris debellatæ reliquiis oritur.

C A P U T VI

signa, ex diagnosticō hausta profert fonte.

AD examen nunc revocanda ea, quæ essentiam febriæ anteà explicaram insequuntur. Signis utpote opus habemus, si tuto ac intrepidè hunc hostem aggredi cupiamus. ο γδ ἀριστα γνῶς, ἀριστα Γεραπένδ, & rei non cognitæ nulla adhiberi potest medela, nullum dari consilium.

P R A E S E N T E M G E N E R I S ratione talem febrem cognoscimus: si à calore æger crucietur vehementi, acri, mordaci, quem indelebilis sitis semper concomitatur. τὸ καύσθ δύο μηρύ, autore Coō & Galen. 4. de rat. viet. acut. t. i. καὶ τὸ τῆς σπίας λόγον ὀνεόντα ἀχώεισα σπειά, Γερμασία Δικαῖος, ἄπαι-

συνάριθμος. Ardentem duo essentialiter inherentia inseparabilia signa detegunt: calor pertinens & incomprendibilis sitis. Hanc mitigari superveniente leviculâ tussi, informamur à Coô 4. aphor. 54. ὀνόσαισιν ὅπει πολὺ βῆχες ξηραί, βραχέα ἐρεθίζσασαι, τὸ πυρετοῖσι καυωδεσιν, & πάνυ τοι διψώδεες εἰσίν. Quibus rufes sicca leviter irrigantes in febribus ardentiis diu perseverant, ii non multum siti vexantur. Per pulmones à materia destillante irrigatos extingui sitim hanc Avicenna addit. Mens si laborat, sitis iste, quamvis adsit, non observabitur.

Confirinant præsentiam hujus febris POSTESSENTIALIA. I. ACTIONES LÆSÆ.

PULSUS maximus celerrimus ac frequentissimus, cum duritate ac inæqualitate, in temporibus quoque validus, adparet: bilis & lixiviosæ sanguinis atomi etenim caput feriunt. Inde vehementes etiam oboriuntur DOLORES, insignis etenim hic caloris vigor. Difficilis ac densa respiratio individui comites. SOMNO profundò falso nonnunquam ac deliriis hi afflitti vexantur. ANXIETAS inquieta, LASSITUDO mordax, à vehementi ardore & tenuium humorum acrimoniâ oriuntur. EXCREMENTA biliosa, pituitosa quoque pro ratione materiæ peccantis interdum apparent. URINA tenuis, flammea, pauci sedimenti, quæ si ardor nimis vehemens, nigricat. SUDOR in principio apparet. LABRA sicca ac nigra, linguæ ariditas, oris amaritudo, faciei, imò totius corporis habitus ex pallidô livescens, hunc quoque produnt affectum.

SIMPLEX an sit? an verò COMPOSITUS? ex antea dictis constabit.

Convenientiam verò cum habeat in quibusdam cum aliis affectibus, lynceis oculis utendum & sagaciore indagine ejus natura examinanda, ne confundatur cum

TERTIANA INTERMITTENTE, à quâ distinguitur generis ac loci ratione. In hac caloris pertinax ac permanens ferocia non accusatur, ut in ardente, remittit calor, focusque putredinis extra vasa constituitur.

A SYNOCHO PUTRID A sanguineâ, cui valde affinis,,
quomodo differat, cum aliis adnotavit *Aëtius*, *termibl. 2. serm.*
l.c. 77. Febris ardens, *inquit*, à continente putridâ differt, eô,
quod hæc ex putrefactō sanguine conflatur, & à principiō ad
finem usque unam habet exacerbationem: illâ verò ex flavâ
bile putrescente incendatur, & alternis diebus exacerbatur.

A LIPYRIA etiam distinguenda. In hâc, frigentibus
per totum morbi decursum externè corporibus, de intole-
ribili exustione internâ, conqueruntur ægri, seclusi ac in ar-
dente, ubi exteriora insimul præ calore diutiùs tangi ne-
queunt.

In TERTIANA CONTINUA bilis non tam exusta ac
fervens alternis solùm dominatur diebus & in vasis mino-
ribus, à corde longius dissipatis putredo adest. In ardente
contrarium observatur.

II. SUBJECTI RATIONE, cuinam visceri laboranti
suos debeat natales, ex ægri constitutione & anteà commis-
sis apparebit erratis..

III. EX QUA CAUSA, an ex bile flavâ sincerâ? an ex
adustâ? an ex mixta? anteposita monstrabunt signa. Quæ
ex bile adustâ vehementior: mitior, quæ à bile cumpituitâ mixta
producitur, censemur. Mediocritatem à flavâ bile oborta
observat. Minùs biliosæ cernuntur dejectiones in Causo
nothô, quam in genuinô.

Libatis iis, quæ ex hoc nobis oblata fuere fonte, acce-
dimus in.

CAPITE VII, ad Prognosin.

Per hanc certior sit medicus, an auxilii ac juvaminis
quid, à medicamentis, quæ adhibentur, sperandum,
& qualis morbi sit subsecutura solútio, ex hoc fon-
te ceu ex Apollineô discitur tripode. Necesarium
omnino est id scire. Τὸν γὰρ ἀπεγγέλλονταν εἶναι, τοῦτον

vorari. Ætitidénevis, medicum enim prouidentiâ uti, ut opinor opusimum
est, ut scitè posuit *divinus Senex* in frontispicio libr. prognostic.

Incertæ sunt prædictiones, quæ dantur in acutis, quam-
vis faciliores censeantur à Coô 3. prognost. 3 t. 8. Ταῦτα, inquit, ἐν
ἔλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα πείνεσθαι, οπερά τε θεραγίανώσκεσθαι,
quæ paucō tempore judicantur, cognosci facilius possunt.

Primam universalem prædictionem GENERIS RATIO-
NE proposuit Hipp. 4 apb. 43. οἱ πυρετοὶ, dicit, μὴ Δαλεί-
ποντες. Μὰ τέτης ιχυεργέσι γίνονται, μᾶλλον ὅπικίδυνοι, quæ-
cunque febres non intermittentes tertio die validiores redduntur,
periculosoiores existunt.

Periculi plena talismodi febris, æquè ob facultatum re-
pentinam eamque atrocem ruinam, ac partium maximopere
affectarum nobilem dignitatem ac præminentiam.

RIGOR circa principium, mali detegit vehementiam,
idque eò magis, si extrema frigeant. SUDOR circa nares,
TREMOR artuum motusque CONVULSIVI, cum DELI-
RIO, excrementis COLLIQUATIVIS ac urinis oleosis, pe-
riculosissimi mali augures.

SUBJECTI ratione, majus imminet periculum ab eâ,
quæ in determinatâ quâdam corporis parte fuit progenita.
Corporis æqualis caliditas, virium levis prostratio, spem re-
stitutionis afferunt & Charontis navem ægrum non ingres-
surum pollicentur.

CAUSÆ etiam sunt examinandæ. Benigniores censem-
dæ febres à bile sincerâ flavâ in venis corporis communi-
bus putrefcente ortæ. Nil boni fermè expectari potest ab iis,
quæ exustæ vel vitellinæ aut porraceæ bilis sunt soboles. Peri-
culoſæ quæ autumnali aut hybernô invadunt tempore. Faci-
lius è faucibus lethi eripiuntur juvenes. Senes si hōc malo
corripiantur, plus de vitâ periclitantur. Major enim à statu
naturali recessus, majus infert periculum, assentiente Perga-
meno sect. 2. apb. 43. in comment. Calidi nativi in his notabilis
dibilitas non diù resistere potest: virium præterea citior ac
gravior lapsus observatur.

S Y M P T O M A T A hujus affectus benignitatem vel perniciem detegunt. *Situs*, quò indebilior & *calor*, quò vehementior, eò vehementius malum censendum. *Linguæ ariditas* & *nigredo* si adsint, nec tamen sitis sentiatur, in ægrô rectâ ratione utente, & non tussiente, grave malum indigitat. *Rigor* in principio & *sanguinis* è naribus parcum *stillicidium*, interitus potius, quam vitæ præcones. *Faustus* eventus speratur, si *fluxus sanguinis* è naribus contingat vehemens ac copiosus, & si rigor criticô accedat tempore. Τόδι τούτοις εχομένω, θηριώδεις πίγει, λύσις γίνεται, febre ardente detento, si rigor successerit, solutio contingit, teste Coö, 4. aphor. 58. Vigiliae nimis, deliria, dolores capitis indefinentes, nausea, respiratio difficultis, tremores, infaustum præsagiunt eventum.

Jam recensita demonstrant, hunc affectum non esse **L O N G U M**, peracutus siquidem, & ideò brevissimus. Brevi suum absolvit stadium, lassatam ac debilitatam naturam, ni suppetiæ ferantur, ejusque vis infringatur, planè deprivit, sicque hominem jugulat.

Septimô ut plurimum die hasce febres judicari informamur ab Hipp. 4. aphor. 59. Nonus dies periculi plenus, ut plurimum ægrorum ultimus, ultrà decimum, ni notha sit febris, vix perdurat.

M O D U S E V E N T U S sequitur. Largô è naribus sanguinis fluxū terminatur ad salutem; præcipue post quartum diem: Rigore superveniente sæpe ad salutem terminatur. Sudor, teste Galenô 3. de crif. 3. sæpè salutaris. Ex pituitâ insimul progenita febris talis, salutariter nonnunquam terminatur abscessu.

LETHALITER terminari per Epilepsiam supervenientem, ostendit haud dudum, febre ardente laborans, qui superveniente octavô die epilepsiâ, nonô, cum paroxysmus de novô invaderet, debitum naturæ persolvebat.

CAPUT

CAPUT VIII

indicationum propositâ serie, à fonte chirur-
gicô curationem incipit.

Sufficienti cognitione satiati, potentiam curandi, quam exin acquisivimus, deducemus in actum, atroci fætidi furentem hunc antagonistam oppressuri.

Prudens ad hoc feliciter perficiendum necessarium consilium, cautaque dexteritas adhibenda. Omnia ex INDICATIONIBUS affatim inclarescent.

Harum CURATORIA AC PRÆSERVATORIA malum cum causis extirpant, VITALIS virium robur auget.

FONTES usitati, ad quos ab Indicationibus remittimur, visitandi, & ex iis, quantum utile, quantum proficuum nobis videbitur, hauriendum. Offendimus primò

CHIRURGICUM. In hoc nobile illud invenimus remedium, venæsectionem nempe. Hæc an tutum circumque sit in hoc affectū levamen? à multis dubitationis imponitur alex.

PROFICUAM esse, informamur ab Hippocr. 1. epidem. z. eom. 63. & Galen. 11. m. m. c. 15. In synochis non solùm, sed etiam omnibus aliis, quas putrescens concitat humor, eandem commendant.

Confirmavit hanc sententiam suō assensū Trallian. Θεραπέueiv χει, inquit l. 12. cap. 2. τὸς Δρόσηψιν καὶ τλεονασμὸν ὀμματῶν πυρετὸς Δράση φλεβοθερίας. Ἀ μὲν ἡττὸν καὶ τὸ χρόνος ὀχλομένος φλεβοθερίσεις: febres ex putredine & abundantia ortae venæsectione curari debent, non tamen minus his, qui ex bitte infestantur, sanguinem detrahent.

In ardentibus adhibere quidam verentur, metuentes, ne detracto sanguine, effrenum ac effervescentium humorum Achillæ domitore, hi primas obtineant, totumque devastent regimen. Confirmantur in suâ sententiâ, aspicientes locum Avicenne, qui sen. 4. l. 1. de phlebot. in Causâ venam non secant-

SYMPTOMATA hujus affectus benignitatem vel perniciem detegunt. *Situs*, quò indebilior & *calor*, quò vehementior, eò vehementius malum censendum. *Linguæ ariditas* & *nigredo* si adsint, nec tamen sitis sentiatur, in ægrô rectâ ratione utente, & non tussiente, grave malum indigitat. *Rigor* in principio & *sanguinis* è naribus parcum *stillicidium*, interitus potius, quam vitæ præcones. *Faustrus* eventus speratur, si *fluxus sanguinis* è naribus contingat vehemens ac copiosus, & si rigor criticô accedat tempore. Τὸ τούτος ἔχομενος, οὐ πληρομένος πίγειος, λύσις γίνεται, febre ardente detento, si rigor successerit, solutio contingit, teste Coô, 4. aphor. 58. Vigiliae nimiaæ, deliria, dolores capitis indesinentes, nausea, respiratio difficultis, tremores, infaustum præsagiunt eventum.

Jam recensita demonstrant, hunc affectum non esse

LONGUM, peracutus siquidem, & ideo brevissimus. Brevi suum absolvit stadium, lassatam ac debilitatam naturam, ni suppetiæ ferantur, ejusque vis infringatur, planè deprimit, sicque hominem jugulat.

Septimô utplurimum die hasce febres judicari informamur ab Hipp. 4. aphor. 59. Nonus dies periculi plenus, utplurimum ægrorum ultimus, ultrà decimum, ni notha sit febris, vix perdurat.

MODUS EVENTUS sequitur. Largô è naribus sanguinis fluxu terminatur ad salutem; præcipue post quartum diem: Rigore superveniente sæpe ad salutem terminatur. Sudor, teste Galenô 3. de crif. 3. sæpè salutaris. Ex pituitâ insimul progenita febris talis, salutariter nonnunquam terminatur abscessu.

LETHALITER terminari per Epilepsiam supervenientem, ostendit haud dudum, febre ardente laborans, qui superveniente octavô die epilepsia, nonô, cum paroxysmus de novô invaderet, debitum naturæ persolvebat.

CAPUT VIII

indicationum propositâ serie, à fonte chirurgico curationem incipit.

Sufficienti cognitione satiati, potentiam curandi, quam exin acquisivimus, deducemus in actum, atroci fævitâ furentem hunc antagonistam oppressuri.

Prudens ad hoc feliciter perficiendum necessarium consilium, cautaque dexteritas adhibenda. Omnia ex INDICATIONIBUS affatim inclarescent.

Harum CURATORIA AC PRÆSERVATORIA malum cum causis extirpant, VITALIS virium robur auger.

FONTES usitati, ad quos ab Indicationibus remittimur, visitandi, & ex iis, quantum utile, quantum proficuum nobis videbitur, hauriendum. Offendimus primò

CHIRURGICUM. In hoc nobile illud invenimus remedium, venæsectionem nempe. Hæc an tutum circumque sit in hoc affectu levamen? à multis dubitationis imponitur aleæ.

PROFICUAM esse, informamur ab Hippocr. 1. epidem. z. eom. 63. & Galen. 11. m. m. c. 15. In synochis non solum, sed etiam omnibus aliis, quas putrescens concitat humor, eandem commendant.

Confirmavit hanc sententiam suō assensū Trallian. Θεραπευειν χεὶ, inquit l. 12. cap. 2. τὸς θεραπευτὴς πολὺ φλεβοθεραπεῖ. οὐδὲ τὸν θεραπευτὴν θεραπεύει φλεβοθεραπεῖς: febres ex putredine & abundantia ortæ venæsectione curari debent, non tamen minus his, qui ex bile infestantur, sanguinem detrahēs.

In ardentibus adhibere quidam verentur, metuentes, ne detracto sanguine, effrenium ac effervescentium humorum Achillæ domitore, hi primas obtineant, totumque devastent regimen. Confirmantur in suâ sententiâ, aspicientes locum Avicenne, qui sen. q. b. 1. de phlebot. in Causâ venam non secant.

secundam censuit, fortè enim juvabit, *inquit*, fortè etiam non. Autoritatem sententiæ conciliant, adductâ autoritate Galeni, qui *l. 4. de tuendâ sanitate*, nocivam censet *venæsectionem* in iis morbis, in quibus humores à naturâ sanguinis alieni existunt.

Haud parum moventur, qui considerant, detractô sanguine Δ augeri, Θ corrigens diminui, corpusque hōc modō ad febres disponi.

Ast non destruunt usum *venæsectionis* allegata loca, Galenus ac Avicenna cum limitatione loquuntur, morbi tempus, temperiem, etatem, morbi que qualitates, accuratè considerantes. Horum vestigia premenda. Commendatur itaque, æquè enim conducibilis ac narium fluxus. A fermentatione facta ebullitio per ablationem hanc diminuitur, materia peccans tollitur, sanguis ventilatur, refrigeratur, sicque ad meliorem præcipitationem ac Archæi furibundi reconciliationem via paratur.

TEMPUS secandi optimum febris erit principium, tunc motus facilior viresque vegetiores. In augmento tamen, urgente necessitate, conceditur.

QUANTITAS notabilis educenda. A veterum sententiâ, qui ad λειπούχια usque sanguinis fluxum continuandum jubebant, recedendum, fallax enim hæc mensura. Ratio virium & plenitudinis habenda. Amat. Lusit. centur. 3. curat. 33. 3. xii x. duabus extraxit vicibus. Repetitis vicibus quæ instituitur, tutior censetur.

LOCUS commodus est mediana. Caprilius secat basileam. Si caput acriter dolor feriat, *venæ narium* aperiendæ, autore Coô & Galen. 6. epidem. 6. Incisio cephalica vel salvatella manus, insigniter æstum ac malignitatem extinguit febrilem. Arteriarum apertio periculosa.

Evacuationem per hemorrhoidales venas, in ardentibus & malignis, per *venæ sectionem* magis conducibilem judicata. Fabric, ab Aquapend. cum majores cavæ propagines, in quibus materia residet, depleantur, ac ex sedalibus arteriis insimul, per appositionem hirudinum quid trahatur, summo cum cordis juvamine.

Cucur-

CUCURBITULÆ scarificata, inferioribus appositæ partibus, revulsionem promovent, & ne humores caput feriant, prohibent.

VESICATORIA Hercules Saxon. practic. medic. de febr. c. 34. summè commendat.

CAPUT IX

ad pharmaciam progreditur.

HONI chirurgico, subsidiarias PHARMACEUTICUS porrigit manus, & fidelem pollicetur operam. Calor enim hic fermè igneus, non unâ extinguitur immersione, nec Archæus furore percitus, ab uno mitescit lenimine.

Peccantis materiæ αΦαιγετις, & deficientium virium θεραπεις, duo hujus scopi.

Quò itaque turgentes humores effluant, via patefacienda, quod lenientibus, mitioribusque purgantibus, quæ dein fortior sequuntur, perficitur.

Ab iis medicamentis, quæ cum melle vel saccaro parantur, ut sirup. rosac. violac. laxativis, cum vim quandam bilem augendi in se contineant, in purgatione abstinere jubet, Alex. Massarias l. 7. de febr. c. 19.

Per CLYSTERES lenientes citò ac tutò nostrum acquimus scopum; his putredini resistentia semper admiscenda.

BZ. herb. malv.

summit. centaur. min. ā. p. iii.

parietar.

rad. alrb.

scord.

scorz.

galeg.

vincetox. ā. 3ij.

rute ā. mß.

sen. alexandrin. 3ß.

fl. nymph. m.j.

passul. minor. 3v.

calend.

ficuum pingv. n. viij.

Coq. in s. q. & simpl. vel juris carnium, Colatur. 1½j. adde & in ea dissolve.

cassia pro clyster. 3j.

absinth. ā. 3ß.

ol. violar.

vitell. ovor. n. ij.

M. F. Enema.

Per superiora quæ assūmuntur, variis parantur & exhibentur in formis.

<i>R. rhabarb. elect.</i>	<i>3j.</i>	<i>cum conserv. rosar.</i>	<i>3j.</i>
<i>scammon. rosat.</i>	<i>g. v.</i>	<i>F. l. a. Bolus.</i>	<i>D. in pyxide.</i>
<i>spir. rosar.</i>	<i>g. iii.</i>	<i>S. LaxirZucker auff einmahl.</i>	
<i>R. MP. hier. picr. c. agaric.</i>	<i>3j.</i>		
<i>scammon. rosat.</i>	<i>g. v.</i>	<i>ol. stillat. camphor.</i>	<i>g. j.</i>
<i>F. l. a. Pilul. n. xix.</i>	<i>D. S. Pillen</i>	<i>auff einmahl.</i>	
<i>R. aq. meliss.</i>		<i>sir. rosar. solutiv.</i>	<i>3ij.</i>
<i>eisbor. scorzon.</i>		<i>elect. rosat. Mes.</i>	<i>3j.</i>
<i>galeg. ä. 3iB.</i>		<i>¶ri Ølat.</i>	<i>3ß.</i>

M F. Potio. Detur infitili. S. Laxir Erånclein auff einmahl.

Si his non obtemperet malum, Fortiora in usum trahenda, Acria tamen plane omittenda. Alex. Trallian. l. 12. c. 3. in ardentie, medicamentō ex malis cotoneis & scammonio paratō, utitur.

VOMITORIA quoque, præcipue si oris amaritudo adsit, in usum trahenda, leniter quæ operantur, sed non nisi in principio & in robustis. Eapropter

<i>R. croci metall. absinthiac.</i>	<i>g. x.</i>	<i>D. in aq scorz.</i>	<i>S. Brechfråncsl.</i>
<i>R. conserv. gratiol.</i>	<i>3ij.</i>	<i>¶ri emetic.</i>	<i>Minsicht.</i>
<i>M. F. Bolus.</i>		<i>S. BrechZucker auff einmahl.</i>	
<i>R. terr. sanct. Ruland.</i>	<i>g. v.</i>	<i>sir. acetos. simpl.</i>	<i>3v.</i>
<i>M. D. in fiftili.</i>		<i>S. Brechsaft.</i>	

ALTERANTIA AC PRÆPARANTIA omnia vi refrigerandi, humectandi, ac à putredine præservandi polleantur. ¶ ac Øli efficacia hinc remedia, sirup. ex rosis, viol., acetos., lactuc., portulac., fervorem bilis tenuioris coërcent.

Pituita, si simùl hinc accusetur, attenuantia ac aperiens antepositis admiscenda, ex rad. asparag., fænic., petroselin., sir. de duab. radic. parata.

Potus aquæ frigide supra laudes hōc in affectū ponitur à multis. Galen. 4. de rat. viet. acut. 12. multos per hujus usum restitutos à se fuisse, gloriatur. Confirmatur hoc à Zact. Lusit. l. 4. hist. medic. princip. hist. ii. Cauta tamen adhibenda manus, ne temerariè epota, mortem afferat vitam expectanti. Conditiones quasdam, quæ in usū hujus singulariter sunt

ob-

obſervandæ, proposuit Zaceutus l. 4. bistor. medic. princip. quæſt. 18.

Ne noxam, quæ ex indecenti hujus uſū resultat, incurrent moderni; loco aquæ frigidæ, aq. hordei, cum julepis, vel ſerum lactis deſtillat. aut non deſtillat. mixtum cum julapiis vel ma- gisteriis & ſpir. Ori ac Eli acidulatum tutiū propinan-

SUDANDO, multum peccantis abſumitur materiæ. Naturalis pororum ſi non adſit laxitas, tantò magis vigilandum. Provocetur per appropriata, quibus ſemper corrobora- rantia & malignitati reſiſtentia addantur. Hæc ſiquidem omnibus remediiſ in hoc affectu associanda.

R. aq. cordial. Saxon. 3j. ſir. de tot. citr. 3 iij.

C. C. f. D. conf. alcherm. 3j.

3ii diaphor. a. 3j. M. F. Potio. D. in feſtili.

S. Stärck und Schwizträncklein auf einmahl.

R. C. C. f. D. Eiſ volat. C. C.

3ii diaphoret. a. 3j. viperar. a. g. viij.

M. Divide in ij. partes aequales. D. quælibet in charta ſeorsim

S. Schwizpulverlein auf ein mahl.

R. pulv. pannonic. rubr. 3j. ſpinar. viper. a. 3j.

magif. C. C. bezoard. ⓤar. g. x.

M. Divide in ij. partes aequales. Cum pulp. citr. condit. & ſir. de totō citrō miſceatur quælibet ſeorsim, in formā Electuarii

D. S. Stärck und Schwizlatwerge auf einmahl.

DIURETICA magis fixum ſolvunt ac educunt humo- rem. In hunc finem

R. ſeri lact. deſtillat. 3 vj. calcatripp. a. 3 iij.

tinctura fl. cyan. tinct. ⓤr. ⓤnat. 3ß.

M. D. in feſtili. S. Treibe Molcken etlich mahl.

VIRES preſſæ ne planè opprimantur, cavendum. Ea propter iis, quæ robur facultatum augent, noxiū minuunt, ſuccurrendum. Imperator adminiculō confœderatorum deſtitutus ſuccumbit, ac planè interit. Cordi, cui microco- ſmici imperatoris vices gerere incubit, niſi ſuppetiat feran- tur, res erit desperata. Principiis itaque obſtantum, ne ma- li inveterata pertinacia omnem medicaminum eludat effi- ciam.

*Chrysobezoar ad g. v. vel vij. in cochleari sūr. de totō citro in
initiō adhibet Angel: Sala. Vel*

*R. pulv. bezoard. Senn. 3ij. C. C. s. Δ. 3ij.
perlar. præp. 3ß. spec. de biacinth. 3ij.
bezoard. ⓠar. g. vij. lap. bezoar. g. ij.*

M. F. Pulv. D. S. Stārcf pulver.

*R. aq. galeg. sir. acetos. citri
scorzon. ribium ā. 3vij.
meliss. tinct. fl. aquil.
angelic. ā. 3ß.
spir. ceras. nigr. 3vij.
fir. rub. idei borrag.
tunic. ā. 3i. bugloss.
fl. tunic. tunic. ā. 3i.*

*M. F. Julapium D. infictili S. Kühl und Stārcf Julep. Dos.
cochl. j. cum spir. Gli cephalicō grata aciditas petenti concitetur.*

*R. conf. acetosell. conf. alcherm. 3ij. ebor. s. Δ. e. 3j.
fl. tunic. bezoard. ⓠar. g. xij.
pulp. citr. condit. ā. 3j. spir. rosar. 3ß.*

C. sūr. è totō citrō. f. l. a. Elect. D. S. Stārcf Eatverge.

Lingue vitia aq. sempervivi compos. ex semperv. succ. cancror.

& ⓠtro corrigenda. Vel

*R. mucilag. sem. psyll. 3ij. aq. semperv. compos. 3vij.
cydon. c. aq. cortic. saccar. albiss. 3ij. (ge.
nuc. extr. 3ß. M. D. infictili S. Schleim zur Zun-*

*EXTERNA TOPICA roborantia, feliciorem ac citio-
rem procurant effectum. Cordis regio cataplasmatibus, un-
guentis ac linimentis munienda, epitibematis robوراندا. Com-
modior horum usus in declinatione morbi, dum ad exteriora
protruditur calor. Instante verò crisi ab iis abstinebis. Nec
aliter quam tepidè applicentur.*

*R. ol. scorp. comp. Matthiol. 3j.
stillat. meliss. camphor. veri
citr. ā. g. viij. carfunc. ā. g. v.*

M. f. cum corpore pro balsamo. Bals. D. S. Herz und Puls Balsam.

*R. spec. diamarg. frigid. 3j. meliss. ā. p. j.
fl. tunic. santal. rubr.
rosar. citrin. ā. 3ij.*

lign.

<i>lign. rhod.</i>	<i>croci</i>	<i>g. v.</i>
<i>aloës</i> à. \exists j.	<i>camphor.</i>	<i>g. viii.</i>
<i>M. Incisa consuantur in serico in forma scuti</i>	<i>D. S. Herk Säcl.</i>	
<i>Bz.</i> <i>ol stillat. citr. meliss.</i>	<i>camphor. ver.</i>	<i>g. vij.</i>
<i>lign. rhod.</i> à. \exists B.	<i>antipestilent.</i>	<i>Heinisch. g. viii.</i>
<i>M. f. cum s. q. cera, Linimentum.</i>	<i>D. S. Herk und Puls Säblein.</i>	
<i>Bz.</i> <i>aq. carfunc.</i>	<i>rosar. optim.</i>	
<i>meliss.</i>	<i>semperviv.</i>	<i>à. \existsB.</i>
<i>cinam. borraginat.</i>	<i>Tri</i>	<i>g. viii.</i>

M. D. infestili. S. Anstreiche Wasser zum Herzen und Puls addi poterunt spir. rosar., meliss., cens. nigr.

Naturis robustis ac asvetis *Balnei* usus conducet à Galeno sèpè commendatus.

S Y M P T O M A T A, prout in ægrotante sese produnt, curanda, fitis sedanda, vigiliæ arcendæ, reliqua denique omnia ad naturalem statum reducenda. Medicamentorum farraginem hæ non capiunt pagellæ.

CAPUT X

que ex ultimô fonte diætetico proficua hauriuntur, offert.

DIÆTÆ magnum in curandâ hâc febre momentum. Hâc non observata, nil proderunt, vel ab ipso artis inventore Apolline, præscriptæ medelæ, nil optatæ præstabunt operæ, à victu perturbatæ aut retardataæ.

Necessarium certè ægris diæteticum regimen, Celsò l. de remedicâ monitore, ab hâc enim multum in omnibus corporis affectibus dependet mali.

AER temperatus eligatur, ad frigiditatem ac humiditatem vergens conducibilis. Naturali si destituamur, artificialis adoptetur, per insersionem aq. frig. in conclavi injectis foli vit. salic. viridibus excitatus. Vitetur calidus, radiis solis non exponatur æger, imitetur Brasilianos, adhibitâ strictâ diætâ vitatisque aëre ac sole febres profligantes. CIBUS virtiosis biliosis ac pituitosis succis non contaminatus, in usum veniat;

veniat, refrigerans ac humectans. Prō pōtu ag hord. cum
succ. granat. curri, berber. acidulata, inserviat. Vinum ante de-
clinationem morbi non concedatur. SOMNUS amplekan-
dus, quo cunque eveniat tempore. VIGILIAE nimis malum
augent. QUIES coctionem juvando, viresque restauran-
do, salutaris. ALVUS semper aperta teneatur, si subsistat,
per lenientia sui admoneatur officii. ANIMI CONSTAN-
TIA excitetur, magnanimā spe eventus expectandus, absit
desperatio, abeant de fatali terminō infeliciter conceptæ co-
gitationes, & in certam restitutionis spem convertantur.

JACOBI,

VIxisti haec tenus privatim, addictus Musis,
& commilitonum obsequiis, ut facile o-
mnes feras ac patiaris, cum quibus es u-
nā, nemini adversus: ita sine invidiā invenis
laudem, ac amicos paras. Tantæ laudi, ceu cu-
mulo, accedit tua in practicā Medicinæ parte ex-
colendā, ad vulgatum Græcorum & Arabum sty-
lum, ad fiducias. Jungis hisce, quæ chimia liberali
manu porrigit, præsidia. Specimen utriusque ex-
hibet præsentis dissertationis argumentum.

Perge, bonis avibus, cæptam pertexere telam.

Sic, virtute tuā fulgens, splendebis honore.

Dabam in Salano Athenæo A N N O

M D C L X I . X I V . C A L . O C T O B R .

Guernerus Rolfinck D. P.